



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs CXLIV. Benedictus Dominus Deus meus, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Dum tibi mæsta meo ingeminans ego pectore ver-
Anxius effundo, te assidueq; voco. (ba)
Extensis manibus te flagito, teq; requiro,
Et me a mens te ceu terra perusta silit.
Me, Deus, exaudi exanimem, me respice, queso,
Nefiam similis, quos rapit atra specus.
Gratia nota tua & tua semita sit mihi trita,
Tu tibi fidentem, Ioua, iuuare velis.
Eripe ab insidiis me & viribus hostis acerbi,
Ad te configio, me tua dextra tegat.
Ut siant tibi grata, colam Deus ut tua iussa,
Spiritus ille bonus me tuus usq; regat.
Viuifica recreaq; tui me propter honorem
Nominis, ac animam hanc eripe mille malis.
Et quia tu iustus Deus es, ne parce malignis,
Qui famulum oppugnant nocte dieq; tuum.

PSALMVS CXLIVI.

Benedictus Dominus Deus meus, &c.

P Rosequar insigni Dominū qualaude potētem?
Qui docet in bello has vincere posse manus.

N n 3 Qui

Qui mihi præsidium, defensor, turris, asylum,
Qui facit, ut populus me reuerenter amet.
Nunquid enim tanto est mortalis dignus honore?
Num decus hoc hominem promeruisse putem.
Quin vita ipsa hominis video nil vanius esse,
Tempore nam paruo transit, ut umbra leuis.
Inclina cælum ergo tuum, E descende, Iehoua,
Montibus ut tactis, humida fumet humus.
Castræ inimicæ tuo mox discute fulmine misso,
Impiaq; his telis agmina pelle procul.
Fluctibus oppressum violentis liberet, ac me
Hostili eripiat vi, tua dextra, Deus.
Erue me à linguis, quas dogmata spargere falsa,
Erue me à manibus, quas docuisse iuuat.
Tunc tibi lata feram decachordo carmina suavi,
Et cithara landes tunc resonabo tuas.
Regibus in bello qui das E pace salutem,
Nulla nocere hostis qui mihi tela sinis:
Me serua ereptum gladiis hostilibus horum,
Quorum est lingua dolis plena, cruento manus.
Qui dicunt: crescant nati ceu plantula nostri,
Natarum superet regia tecta nitor.

Hor-

*Horrea nostra noua & veteri sint fruge referita,
Et pecudes tenera & vellera multa ferant.
Mille boum nobis veniant ad aratra labores,
In nostra maneat pax diurna domo.
Felicem dicunt populum, cui sunt bonatanta:
At magis est felix gens pia, cara Deo.*

PSALMVS CXLV.

Exaltabo te, Deus meus, &c.

*T*E laudabo meum Regemq; Deumq; Iehoua,
Te nomenq; tuum concelebrabo pie.
Grata Deo aſidua praconia voce sonabo,
Et præclaræ Dei nominalaude veham.
Est magnus Dominus, bonitas est summa Iehouæ,
Quam satis effari nulla loquela potest.
Virtutem Domini narrabunt fecla futura,
Posteritasq; canet fortia facta Dei.
Magnificam maiestatem memorabo Iehouæ,
Ne miracla dies nesciat vlla Dei.
Divine ut celebrent homines opera inclyta dex-
Huius & ut fiat gloria nota magis. (tra,
Vt